



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Concl. XVIII. Peccat mortaliter, qui celebrat in loco interdicto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73377)

Ad secundum dico, in divinis Officiis verba non semper referri ad tempus in quo dicuntur; sed ad illud, pro quo representando, & commemorando dicuntur. Quis enim ambigit primam Missam posse fieri in pleno die? Et tamen in illa debet Sacerdos dicere: *Communicantes & noctem sacratissimam celebrantes*. Sanè nisi licitum foret tres Missas de nocte celebrare, vix omnes Sacerdotes possent tres Missas celebrare propter angustiam temporis matutini. Nihil ergo in hac re scrupulizandum.

302.

Licet nocte celebrare ad communicandum infirmum. Victoria.

Paludanus.
Antoninus.
Gabriel.
Vasquez.
Layman.
Diana.
Dicastillo.

Uti etiam quando necessaria esset celebratio nocturna ad communicandum infirmum, alioquin sine Viatico moriturus, quidquid aliqui in contrarium dixerint, timentes ubi non erat timor. Ita docet Victoria in Summa de Eucharistia n. 97. in fine dicens: Credo quòd in casibus, propter quos licet bis celebrare, licebit etiam nocte celebrare, ut propter infirmos. Idem censent Paludanus, Antoninus, Gabriel, Vasquez, Layman, Diana & alii, quos citat & sequitur Dicastillo disp. 4. n. 73. Et hæcenus de requisitis ex parte temporis ad licitam celebrationem Missarum.

303.

Quid requiratur ad celebrationem ex parte loci? Scotus.

Sequitur dicendum de requisitis ex parte loci: *Vbi* (inquit Scotus 4. dist. 13. q. 2. n. 13.) *possumus distinguere locum, in locum propriè dictum, & in vas quod est locus mobilis secundum Aristotelem 4. Physicorum.*

Rogas illum, quid requiratur ad licitam celebrationem Missarum ex parte loci propriè dicti? Illico respondet: *Ex parte loci propriè dicti requiritur amorio impedimenti, scilicet quòd locus non sit interdictus, & requiritur appositio convenientis dispositionis, scilicet quòd sit sanctificatus.* Erit igitur

CONCLUSIO XVIII.

Peccat mortaliter, qui celebrat in loco interdicto.

304.

Locus non potest esse interdictus sive à jure sive ab homine

sub gravi culpa.

Hæc Conclusio non modicè indiget expositione. Sciendum ergo quòd locus potest esse interdictus à iudice, vel à jure. A iudice quidem per censuram Ecclesiasticam, à jure autem si est pollutus sanguine vel semine. Esse autem peccatum mortale celebrare in loco interdicto, omnes consentiunt. Primum (inquit Scotus supra) est simpliciter necessarium, quia celebrans in loco interdicto facit contra prohibitionem Ecclesiæ (Quis dubitat an in re gravi?) & per consequens non ordinatè.

305.

An etiam sub pena irregularitatis? Scotus.

Nec hoc tantùm; sed si interdictum sit à iudice latum contra locum, celebrans ibidem scienter, dicitur incurrere irregularitatem. Quod probatur (inquit Doctor supra n. 17.) per unum Capitulum extra de Clerico excommunicato, ministrante Postulatis: *Et per aliud Capitulum*

extra de excess. Pralat. Tanta. Sed utrumque Capitulum bene possit exponi, cum neutrum est iuris expositivum, neque etiam iuris positivi responsivum, ut appareat talem sic celebrantem irregularem esse simpliciter, quod patet exponendo verba illa, que ponderantur de privatione Beneficiorum, & huiusmodi.

Sed quæ illa verba? *Quævisque præterea* (inquit Innoc. III. cap. Postulatis 7.) *qualiter præterea debeant Clerici, Monachi vel Moniales Ecclesiarum Conventualium, qui post latam interdicti sententiam in locis suppositis interdicto presumpserunt hæcenus, & adhuc etiam non venerunt ad officia celebrare, quamvis propter hoc sint excommunicationis vinculo inmodati. Ad hoc breviter respondemus, quòd clerici, qui talia presumpserunt Ecclesiasticis Beneficiis spoliandi. Monachi vero, vel Moniales in archiepiscopis Monasterijs ad peragendam penitentiam detrudendi.*

Ecce aperte loquitur Pontifex de privatione Beneficiorum; eaque non lata sententia, sed dumtaxat ferenda. Similiter cap. Tanta 18. ibi: *Tam presumptores eosdem, quam non ahos, qui præfatum interdictum damnabunt nullo modo, suspendas auctoritate Apostolica ab Officio, & Beneficio.* Constat autem omnem irregularem ferri à jure, & non ab homine. Cum ergo prædicti textus non loquantur nisi de pena infligenda à iudice, optime possunt, imò debent exponi, non de propriè dicta irregularitate, sed de privatione dumtaxat Beneficiorum, & huiusmodi.

Interim alium invenio textum, in quo clarissime exprimitur irregularitas: est autem cap. Is qui 18. de Sententia excommunicationis in 6. ibi: *Is vero qui scienter in loco celebrat suppositis interdicto (nisi super hoc privilegiatus existat, aut à iure sit concessum eidem) irregularitatem incurrit: à qua nequit per alium, quam per Romanum Pontificem liberari, & adeò efficitur intelligibilis (ad Beneficia vel Officia) quòd nec ad eligendam eum alijs debet admitti. Nihil illustrius dici poterat.*

Sed nunquid eidem penæ subiacet qui celebrat in locis interdictis à jure? In talibus (inquit Scotus supra) si notorium est, peccatum est celebrare: non tamen incurritur irregularitas; quia non est à iure inflicta expressè. Imò contrarium expressè decernitur cap. Is qui mox allegato, ibi: *Is qui in Ecclesia sanguinis aut seminis effusione polluta.... scienter celebrare presumpsit: licet hoc temerariè agat, irregularitatis tamen (cum non sit expressum in iure) laqueum non incurrit.*

Prosequitur Doctor: *Si autem privatum est, nec peccatum est; quia nec reconciliatione indiget. Extra de Adulteris, Significasti; in quo Ecclesia reconciliari præcipitur propter hoc, quòd mulier adultera publicè coram iudice suum adulterium detexit. Ex quo à contrario sensu videtur sequi, ut quando crimen non fuerit publicum, non sit opus reconciliatione, quæ est communis sententia, ut infra videbimus.* Cete-

Sect. 5. De solemn. Missæ Sacrificii cerem. Concl. 18. 527

307. Polluitur Ecclesia primò seminis vel sanguinis effusione, extra de Consec. Ecclesie cap. fin. ibi: Si Ecclesia non consecrata cuiuscumque fuerit semine aut sanguinis effusione polluta &c. Et cap. unico eodem titulo in 6. ibi: Si Ecclesiam polluit sanguinis aut seminis effusione contingat &c.

Portò per sanguinis effusionem intelligunt Doctores communiter, non quamlibet emissionem sanguinis, sed copiosam, ortam ex percussione seu læsione corporis, quæ sit peccatum mortale; non tantum in ratione læsionis honoris, sed præcisè in ratione læsionis corporalis.

Sufficit autem, quòd læso facta sit intrà Ecclesiam, estò sanguis effusus Ecclesie pavimento aut parietem non attingat, sed in vase recipiatur; quia non violatur Ecclesia propter contactum sanguinis, sed propter violentam effusionem in illa factam. Amplius dico: sufficit læsionem esse factam intrà Ecclesiam, estò sanguis extra illam emittatur, ut patet ex dicendis intrà de homicidio. Similiter indifferens est siue lædens sit intrà, siue extra Ecclesiam, modò læsus sit intrà.

308. Rogas, an Sacrificia veniat nomine Ecclesie? Respondeo negativè, neque turris aut campanile, neque cubacula Ecclesie adjuncta, aut etiam cavernæ vel cryptæ sub Ecclesia, nisi fortè sint deputatæ ad celebrandam Missam, aut deserviant ad sepeliendum: & eadem est ratio illius spatii, quod est intrà primum & secundum tectum; uti etiam parietum Ecclesie à parte exteriori.

Breviter, id spatium dicitur esse intrà Ecclesiam, quod pertinet ad interiori Ecclesie corpus à tecto interiori usque ad pavimentum, & à summa Ara usque ad parietem oppositum. Ita Sanchez lib. 9. de Matrimonio disp. 15. n. 25. Quare, inquit ille, Capellæ constitutæ intrà Ecclesiam comprehenduntur, quia unum corpus cum ipsa efficiunt. Igitur non violatur Ecclesia per effusionem sanguinis in Sacrificia, supra tectum Ecclesie, in turri &c. vide Sanchezium à n. 26. usque ad 36.

309. Quæ autem effusionis sanguinis, similis est ratio effusionis seminis, ut videlicet illa sola polluat Ecclesiam, quæ sit intrà Ecclesiam, idque in vigilia, & est peccatum mortale; requiritur etiam quòd sit copiosa non unius tantum, vel alterius guttæ; licet enim illa modica effusio sit peccatum mortale intemperantiæ ex parte interioris voluntatis; tamen in ratione exterioris injuriæ loci sacri, non est res adeò gravis, neque injuria (ut ita dicam) consummata.

Accedat significatio nominis Effusio, quo jura communiter utuntur. Glossa in cap. Cum illorum 22. de Sententia excommunicationis verb. Effusionem sanguinis: Verbum, inquit, effusionis abundantiam significat. Probat ex Divo

Hieronymo in Comment. ad cap. 3. Malachiæ & refertur 16. q. 1. cap. 65. ibi: Verbum effusionis nomen largitatis ostendit. Et ita vidi declarari, inquit Portel verb. Ecclesia in Additione n. 3. in facti contingentia à quodam Vicario Generali Episcopi.

Cùmque secundum commune dictum, ubi jura non distinguunt, nec nos distinguere debeamus, & jura indistinctè loquantur de quocumque effusione, ut patet ex cap. fin. supra ibi: Cuiuscumque fuerit semine &c. & ex cap. 20. de Consec. dist. 1. (quod est Concilii Nicæni) ibi: Ecclesie semel Deo consecratæ, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exuste, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine pollute fuerint. Existimo planè indifferens esse siue effusio seminis facta fuerit per pollutionem, siue per fornicationem, siue per copulam conjugalem, dummodò, ut dixi, fuerit peccatum mortale.

Unde quando conjuges ex necessitate diu manere coguntur intrà templum, idque cum periculo incontinentiæ, sicut tunc actus conjugalis ibi exercitus non est mortalis, sic nec violat locum sacrum. Ratio est: quia hæc violatio est pœnalis; pœna autem supponit culpam, cùmque sit pœna gravis, supponit gravem culpam.

311. Secundò polluitur Ecclesia per homicidium: extra de Consecrat. Eccles. cap. 4. ubi Innocentius III. in hæc verba scribit Compositellano Archiepiscopo: Proposisti quòd venientibus ad Ecclesiam Sancti Jacobi ex diversis Regionibus peregrinis, & volentibus alijs ab alijs per contentiones & rixas altaris de nocte custodiam vendicare, homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur: & intrà: Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd manente Ecclesia & Altari, ipsa reconciliari poterit per aquam cum vino & cinere benedictam.

Idem colligitur ex Igino Papa, & refertur de Consecrat. dist. 1. cap. 19. ibi: Si homicidio & adulterio Ecclesia violata fuerit, diligentissimè expurgetur, & demò consecratur.

Et verò licet jura ista universaliter loquantur de quocumque homicidio; equidem quoniam pœnalia sunt, intelligi debent de homicidio mortaliter peccaminoso, si non contra justitiam, saltè contra reverentiam debitam loco sacro, ut si aliquis occidat seipsum, aut judex reo bene merito supplicium inferat in Ecclesia; quamquam in ultimo casu aliquando peccetur etiam contra justitiam; quippe persona in tali loco existens, quantumcumque merita sit pœnam mortis, quamdiu ibi manet, exempta est à jurisdictione judicis secularis, non quidem secundum se, sed ratione loci, cui principaliter & per se data est exemptio, quatenus tamen continet ac tuetur ad se confundentes, & ideo exemptio in illos redundat.

Sicuti

cujus causa suspensa in tra Ecclesiam

308. Sacrificia nomine Ecclesie non intelliguntur.

sed totum illud spatium quod pertinet ad interiori Ecclesie corpus.

309. Quæ effusionis sanguinis, similis est ratio effusionis seminis.

licet ut sit copiosa,

S. Hieron.

Portel.

310. cap. fin. de Consec. Eccles. Nicænum.

& mortali peccaminosa.

311. Secundò polluitur per homicidium Innoc. III.

Igino.

312. mortaliter peccaminosum.

Sicuti si Hispanus delinquens transferat se intrâ terminos Gallia, exemptus est à jurisdictione iudicum Hispania quoad actum exercendum in illo territorio, non quidem ratione sui, sed loci, in quo moratur; Cum extra territorium sui dicenti non pareatur impune, ut dicitur cap. 2. de Const. in 6.

Nonne qui est in Ecclesia potest sine culpa se defendere? Ergo ille, qui aggreditur, non facit actum jurisdictionis, sed injuriæ; quia non potest dari bellum utrimque materialiter iustum.

Perinde autem est sive fiat homicidium cum sanguinis effusione, sive alio modo. Et idem putarem dicendum de vulnere, si fieri posset ut aliquis graviter vulneraretur sine sanguinis effusione. Ratio; quia in cap. *Propositi* fit mentio homicidii & vulneris, & nulla effusionis sanguinis.

Porro, an sufficiat quod intrâ Ecclesiam posita fuerit tota causa mortis, tamen mors tantummodò sequatur in domo vulnerati, affirmant multi, consequenter ad id, quod supra dicebamus, satis esse, si causa effusionis sanguinis detur intrâ Ecclesiam, est effusio sequatur extra illam; parùm enim refert ad irreverentiam, ob quam Ecclesia violata censetur, quod anima vel sanguis ibi, vel extra emittatur.

Quod probò; quia si extra Ecclesiam lethaliter vulneraretur, estò moreretur intrâ Ecclesiam, non propterea illa pollueretur; quia tota actio injuriola, &, ut sic loquamur, homicidium extra Ecclesiam positum fuit.

Confirmo à simili, ratione delicti, v. g. homicidii, incurrit censuram, qui in Episcopatu, ubi censura lata est, vulnus lethale infligit, licet mors in Episcopatu non censurante secuta sit; quamvis enim secundùm communissimam sententiam non incuratur censura, nisi propter delictum consummatum; tamen non videtur necessarium, ut ultimus effectus delicti ponatur in territorio censurante, quando quoad actionem etiam externam intrâ territorium consummatum fuit, quantum scilicet fuit ex parte delinquentis.

Unde licet vulnerans non esset subditus, nisi ratione delicti, posset conveniri in illo territorio, ubi deliquit; non solum de vulnere infligto, sed etiam de homicidio commisso: imò in alio territorio conveniri non poterit; quia ibi non deliquit: ergo à fortiori per ipsammet legem convenitur, & punitur.

Sanè licet ut incuratur censura, expectari debeat effectus consummatus talis actionis; equidem quod effectus sequatur in hoc vel illo loco, valde accidentarium est, & extrinsecum, ideoque minimè considerandum in ordine ad censuram, quæ est pœna infligta propter culpam, quæ quanta quanta est, commissa fuit

in territorio censurante, ut supponitur; nam mors, supposito vulnere, sequitur naturaliter.

Unde si Episcopus prohibeat sub censura, ne quis triticum extra Diœcesim ferat, quamvis quoad terminum extrinsecum illa deportatio consummetur extra territorium, tamen exportans incurrit censuram; quia quoad actionem externam & effectum intrinsecum consummatur in territorio. Similiter actio mea homicidii, qui alterum lethaliter vulneravi, quoad effectum intrinsecum consummata fuit in territorio censurante, quamvis non quoad extrinsecum & ultimum: quid ergo mirum si incurteret censuram?

Aliud foret, si ex loco, ubi excommunicatio lata est, sagitta v. g. occiderem existentem in loco, ubi non est censura, quia nimis actio externa occisiva non fuit consummata intrâ territorium censurans, sed in alio non censurante; in casu autem proposito tota actio externa moraliter occisiva perfecta fuit in hoc territorio, pro quo lata erat censura.

Et verò quid vetat argumentari à censura ad violationem Ecclesiæ? Igitur probabilius videtur Ecclesiam violari, quando tota actio externa occisiva ponitur intrâ Ecclesiam, estò mors, quæ est effectus naturalis & ultimus, sequatur extra eam: sic tamen ut non antea Ecclesia censetur polluta, quam mors fuerit realiter secuta.

Plus dico, Ecclesia polluitur, si existens extra Ecclesiam, sagitta v. g. erajciat & occidat hominem existentem in Ecclesia: quamquam enim non ponatur in tali casu tota actio occisiva intrâ Ecclesiam, tota, inquam, totaliter, nam incepta fuit extra Ecclesiam, equidem intrâ eam fuit consummata intrinsecè, ita ut verum sit dicere, intrâ Ecclesiam fuit commissum homicidium.

Si inferas: ergo cum vulneratus est intrâ Ecclesiam, & sagitta vel sclopo perimit hominem extra eam existentem, pariter polluitur Ecclesia.

Respondetur Negando Consequentiam. Assigno disparitatem; quod licet actio occisiva incepta sit intrâ Ecclesiam, haud equidem intrinsecè consummata; cui tamen consummationi, & non inceptioni operis Ecclesia annexit talem pœnam, ut constat ex communi sensu Doctorum.

Alioquin ut statuitur leg. 1. Cod. Ubi de criminibus agi oporteat: *Questiones eorum criminum, quæ legibus, aut extra ordinem committuntur, ubi commissa, vel inchoata sunt, vel ubi reperuntur, qui rei esse prohibentur criminis, persici debent sicut notum est.* Et ideo in tali casu daretur locus præventioni inter iudices, Ecclesiasticum & Civilem, possetque capi in ipsa Ecclesia à Ministris Ecclesiasticis propter sacrilegam occupationem.

cap. 2. de Const. in 6.

313. Perinde est sive homicidium fiat cum sanguinis effusione, sive non.

An sufficiat quod causa mortis sit posita intrâ Ecclesiam?

Probatum sufficere.

& confirmari à simili.

314. Ut incuratur censura, debet expectari effectus consummatus.

Occidens in Ecclesia non gaudet immunitate. cap. fin. de Immun. Eccl. Forè etiam à Ministris iustitiæ secularis, non obstante immunitate Ecclesiasticâ, quæ non suffragatur his, qui in Ecclesiis occidunt, vel mutilant, cap. fin. de Immunit. Eccl. ibi: Cum in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem: Mandamus quatenus publicè nuntietis tales (puta qui homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, vel earum cœmeteriis committere non verentur,) non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt se indignos.

317. Quod Suarez exten- dit ad mandantem homicidium. Quod Suarez to. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 11. n. 7. intelligit etiam de illo, qui existens in Ecclesia mandat famulo, ut occidat alium extra Ecclesiam; nam ille etiam peccat graviter in Ecclesia, & de illo dici potest quod puniri debeat in eo, in quo delinquit, frustraque legis, id est, Ecclesiæ auxilium invocet, qui committit in legem, id est, peccat contra reverentiam Ecclesiæ debitam.

Et verò si non debet gaudere immunitatis privilegio, qui servo mandat occisionem, est adhuc in potestate ipsius sit mandatum revocare & occisionem impedire, quanto minus qui ponit talem causam mortis intrâ Ecclesiam, v. g. explosionem bombardæ, quâ posita non est amplius in potestate ipsius impedire homicidium extra Ecclesiam?

Ita præter Suarium, probabiliter sentent Covarruvias, Panormitanus; & alii, quos citat Bonacina circa primum Decalogi præceptum disput. 3. q. 7. punct. 6. §. 2. n. 3. quamquam ipse cum aliis doceat oppositum.

318. Oppositâ intentione probatur. Probat autem; tum quia hic dici potest veritas committere homicidium in Ecclesia, cum non percussit existentem in Ecclesia: tum quia privatio immunitatis non incurritur nisi in casibus in jure expressis; in jure autem non exprimitur actio homicidii vel mutilationis inchoata in Ecclesia, vel quodlibet sacrilegium in Ecclesia commissum; sed homicidia & mutilationes membrorum in Ecclesiis, cap. fin. supra ibi: Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes, homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis vel earum cœmeteriis committere non verentur. Quæ connotant actum perfectum & completum in Ecclesiis.

Tum denique, quia cum versetur in materia penali & odiosa, utpote libertati delinquentium, & immunitati Ecclesiasticæ contraria, non videtur faciendâ extensio ad actum inchoatum homicidii in Ecclesia; alioquin etiam dicendum videretur eum privari immunitate, qui subortâ in Ecclesia contentione, aut evaginato ense in Ecclesia, insecutus est adversarium, & extra Ecclesiam interemit.

Quidquid sit de hac controversia, quæ utrimque probabilis est: equidem, ut dixi, communis sensus Doctorum est, per hujusmodi actus tantum inchoatos, Ecclesiam non pollui, à quo sensu non est facile recedendum; præsertim in his quæ pendunt ex voluntate Ecclesiæ.

Tertiò polluitur Ecclesia per sepulturam excommunicati, ut colligitur ex cap. Consulisti 7. de Consec. Eccl. ibi: Cœmeteria in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt asperzione aquæ solemniter benedictæ: sicut in Dedicacionibus Ecclesiarum fieri consuevit.

319. Tertiò polluitur per sepulturam excommunicati. cap. 7. de Consec. Eccl.

Quod hodie propter Extravagantem, Ad evitanda, intelligendum est de excommunicatis non toleratis, id est, publicè denunciatis aut notoriis Clerici percussoribus: argumto cap. Sacris 12. de Sepulturis, ibi: Sacris est Canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis, & ut careant Ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab Ecclesiastica unitate præcisi, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint. Ergo à contrario sensu, quibus communicavimus vivis, etiam communicamus defunctis. Atqui excommunicatis toleratis vivis communicavimus per illam Extravagantem: ergo etiam communicamus defunctis.

non tolerati. cap. 12. de Sepulturis.

Unde non est opus querere alias vias, v. g. consensum Episcopi, aut aliquam necessitatem, ad excusandum eos, qui in his Regionibus celebrant in locis, ubi sepulti sunt Hæretici; quoniam tales Hæretici non sunt publicè denunciati.

Quartò violatur Ecclesia per sepulturam hominis pagani, seu non baptizati, juxta illud Concilii Aurelianensis cap. 3. & refertur de Consec. dist. 1. cap. 27. Ecclesiam in qua paganus sepultus est, non liceat consecrare, neque Missas in ea celebrare, sed iactari foras, & mundari oportet.

320. Quanto videtur per sepulturam hominis pagani. Aurelianenses.

Idem ex Concilio Agrippinensi refertur c. 28. ead. his verbis: Ecclesiam, in qua mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet; sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsis corporibus, & rasis parietibus, vel tignis eius loci, reedificetur: sed si hæc consecrata antè fuerit, Missas in ea celebrare licet: si tamen fideles fuerint, qui in ea sepulti sunt. Ergo à contrario sensu si fuerint infideles, non licet.

Agrippinenses. ex tunc nati.

Infideles, inquam, nati ex utero; nam infans adhuc in utero matris existens, potest cum matre sepeliri, cum qua censetur quid unum. Suppono infantem esse mortuum; alioquin si vivus sepeliretur; per homicidium quod verè ibi committeretur (quia quoad hoc non reputatur filius pars matris; ut patet à simili in abortiva) pollueretur Ecclesia.

Notandum autem, si casu contingat corpus pa-

321.

etiam sine culpa sepul- ti, si postea innotuerit.

cap. 12. de Sepulchris

322. Disparitas quoad hoc inter sepul- turam & homicidium.

323. Non cen- seatur locus pollutus in aliquo ca- su, nisi pub- lically consti- terit.

pus pagani (eadem est ratio corporis ex- communicati) in Ecclesia sepeliri sine cul- pa, puta propter invincibilem ignorantiam paganismi, dum postea publicè constat fuisse pagani, Ecclesia manet polluta ex vi cor- poris ibi sepulti, ita ut non possit in ea celebrari, donec inde auferatur corpus, & Ecclesia purificetur; quia jura ita disponunt, nec attendit quo casu, aut quo scelere cor- pus tale in Ecclesia sepultum sit, sed tantum quòd ibi sit.

Colligitur manifestè ex cap. *Sacris* 12. de Sepulchris ibi: *Vnde si contingat interdum, quòd vel excommunicatorum corpora per violentiam ali- quorum vel alio casu in cimiterio Ecclesiastico tum- ulentur, si ab aliorum corporibus discerni pote- rint, exhumari debent, & procul ab Ecclesiastica sepultura taceari.*

Rogasti, quare jura sic disponant in casu sepultura; secùs verò in casu homicidii, & sanguinis aut seminis effusione? Respon- deo, stat pro ratione principali voluntas; quis enim ambigere potest, quin jura si vo- luisse, statuisent Ecclesiam violari per homicidium tantum materialiter malum, quod v. g. fieret ab amente? Attamen non voluisse, colligitur ex communi sensu Do- ctorum.

Interim ratio aliqua disparitatis est, quòd homicidium, uti etiam sanguinis & seminis effusio sint actiones quasi transeuntes, ex vi quatum Ecclesia relinquitur polluta, tamen nullum effectum physicum in ea relinque- rint: porò sepultura pagani aut excommuni- catione polluit Ecclesiam per effectum ex vi ipsius sepulturae in ea permanentem, id est, per corpus excommunicati vel infidelis in tali loco sepulti, quem effectum principaliter attendunt jura; utpote contra reverentiam debitam loco sacro, etiam quando causa ejus fuit per accidens inculpabilis.

Dico, *Per accidens*; quia in hoc omnes conveniunt, quòd per se loquendo, & ex genere suo, grave peccatum sacrilegii sit, aliquid agere in Ecclesia, quo ipsa Ecclesia polluitur; quia id non fit sine gravi ir- reverentia loci sacri. Non enim, ut aliqui volunt, hii actus sacrilegi sunt, quia pol- luunt Ecclesiam; sed ideo polluant, quia sa- crilegi sunt.

De cetero commune est omnibus prædi- ctis casibus, quòd non censeat locus sacer pollutus, nisi de eis publicè constet vel evi- dentia facti, vel confessione auctoris, vel si- mili ratione. Quamdiu ergo res manet occul- ta, ita ut non nisi pauci sciant, nec peccatum est in eo celebrare, ut suprà dicebat Scotus, quia nec reconciliatione indiget; erit autem pec- catum, quia & reconciliatione indigebit, quan- documque factum fuerit publicum. Ita com- munitè Doctores.

Spontaneè enim confessio (scribit Step- hanus V. Humberto Episcopo Moguntino, & refertur 2. q. 5. cap. 20.) vel restum appa- ratione publicata debita, habito pro oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro iudicare. Oculis verò & incognita illi sunt relinquentes, qui solus notus ce- tera filiorum hominum.

Potest etiam hæc sententia probari ex ipsa ratione consecrationis aut reconciliationis. Nam Ecclesia (ut docet Divus Thomas 3. 2. 2. parte q. 83. art. 3.) non ideo consecratur, quia illa sit gratiæ susceptiva; sed quia ex ipsa consecratione assequitur quendam spirituales virtutem; per quam apta redditur divino cultui, ut videlicet homines devotionem aliquam ex loci reverentia suscipiant, per quam puriores fiant ad Divina peragenda.

Consimiliter reconciliatio post violatio- nem non ideo fit, quia templum illud mate- riale sit capax peccati, sed ad hunc finem potissimum dirigitur, ut inde intelligat peccator, qui templum cordis sui, juxta Pauli do- ctrinam, per peccatum violavit, quantà diligen- tiâ illud mundare & purificare debeat, ut Deum in illo digne suscipere possit. Hoc autem intelligere non potest, quando peccatum est occultum.

Tandem alio modo perditur consecratio Ecclesiae, puta quando parietes Ecclesiae pro majori parte simul destruantur; illis enim cum sint potissima pars Ecclesiae, potissimum adheret consecratio, ut notat Glossa in cap. *Ecclesis* 20. de Consec. dist. 1. verbo *Exusta*, dicens: *Consecratio Ecclesie maxime con- sistit in unitione exteriori, & coniunctione & dispo- sitione lapidum.*

Unde corruente recto parietibus illis Ecclesia non reconsecratur, ut expressè statuit Alexander III. cap. *Lignis* 6. de Consecra- tione Ecclesiae. *Lignis adificijs Ecclesie restituta casu consumptis, parietibus tamen illis, ac mensa principalis Altaris in sua extremitate modicum parte fracturam.* Et infra: *Inquisitioni tua taliter docui- mus respondendum, quòd cum parietes in sua integritate permanserint, & tabula Altaris mota, vel enormiter lesa non fuerit: ob causam prædictam nec Ecclesia nec Altare debet denuo consecrari. Ratio quia adhuc manet moraliter eadem Ecclesia, etsi novum tectum illis parietibus imponatur, secùs quando simul majori parte parietum de- structa, novi parietes extruuntur.*

Dixi signanter, *Pro majori parte*; aliàs se- cùs, ut notat Glossa in cap. *Ecclesis* 20. de Consec. dist. 1. ubi cum generaliter dictum esset: *Ecclesie semel Deo consecrata, non debet iterum consecrari, nisi aut ab igne exusta &c.* Verò *Exusta* limitat Glossa dicens: *Pro majori parte, aliàs secùs, argumento ff. de Contrah. empt. leg. Domum 57. sequentis te- noris: Domum emi, cum eam & ego, & vendi- tor combustum ignorarem. Nerva, Sabum, Cassianus*

Casus nihil venisse: quamvis arca maneat, pecuniamq; solutam condici posse aiunt: sed si pars domus maneret: Neratius ait hanc questionem multum interesse; quanta pars domus incendio consumpta permaneat, ut si quidem amplior domus pars exusta est, non compellatur emptor perficere emptionem: sed etiam quod forte solum ab eo est, repetet: sin vero vel dimidia pars, vel minor quam dimidia exusta fuerit: tunc coartandus est emptor venditionem adimplere &c.

Ubi verb. Innovata sic inquit Glossa: Hoc intelligit H. cum non simul, sed successivè parietes destructi sunt, & successivè reparati, tunc enim Ecclesia intelligitur eadem, argumento leg. Proponebatur 76. ff. de iudiciis.

Exscribo totam legem, quia notabilis est: Proponebatur ex his iudiciis, qui in eadem rem dati essent, nonnullos causâ auditâ excusatos esse; inq; eorum locum alios esse sumptos, & querebatur singulorum iudicium mutatio (successiva) eandem rem, an aliud iudicium fecisset.

Respondi non modo si unus aut alter; sed est omnes iudices (successivè) mutati essent, tamen & rem eandem & iudicium idem, quod antea fuisset, permanere; neque in hoc solum evenire, ut partibus commutatis eadem res esse existimaretur, sed & in multis cæteris rebus: nam & legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij substituti essent; & populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuissent, cum ex illis nemo nunc viveret: itemq; navem, si adeo sæpe refecta esset, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non nova fuisset; nihilominus eandem navem esse existimari.

Quod si quis putaret, partibus commutatis aliam rem fieri, fore ut ex eius ratione nos ipsi non idem essemus, qui ab hinc anno fuissimus, propterea quod, ut Philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis consistimus, hæc quotidie ex nostro corpore decedunt, aliq; extrinsecus in earum locum accedunt. Quapropter cuius rei species eadem consisteret, rem quoque eandem esse existimari. Hucusque Alphenus lib. 6. Digestorum.

Quidni ergo eadem Ecclesia esse existimetur, cuius parietes successivè destructi sunt, & successivè reparati? Eadem esse meritò existimatur. Unde huic Glossæ alia consonat de Consecratione Ecclesiæ cap. Proposisti 3. verb. Reconciliari, dicens: Si tota Ecclesia simul destructa fuerit, vel maior pars, debet iterum consecrari: si successivè, sufficit aspersio aqua benedictæ.

Dubitant hinc aliqui, an præfata doctrina vera sit, quando ex intentione renovandi totam Ecclesiam, unus paries post alium successivè destruitur; & ratio dubitandi sumitur, tum ex ratione; quia nimirum in re morali, qualis hæc est, multum valet intentio operantis; tum ex jure civili leg. Qui res 98. §. Arcam ff. de Solut. & liber. ubi censetur eadem navis si tota dissolvatur animo iterum eam compingendi ex eisdem tabulis; secus si intentione tabulas alteri rei applicandi, est postmodum mutata intentio rursus compingantur.

Idem disertis verbis statuitur leg. Inter stipulantem 83. §. Sacram in fine ff. de verb. oblig.

X x x a

Navis

Ratio dubitandi delimitur ex jure civili.

326.

Adjectione enim minoris eadem est moraliter Ecclesiæ.

Ratio limitationis jam est assignata; quia post reparationem hujusmodi Ecclesiæ per adjectionem minoris partis, censetur moraliter eadem Ecclesiæ, & illa minor pars adjecta, ipsâ accessione ad majorem partem, consecrationem à toto corpore censetur acquirere; quoniam major pars trahit ad se minorem, ut patet in vestibus sacris, quæ reparantur, de quibus latius infra.

major namque pars trahit ad se minorem. linc. 111.

Et docet Innocentius III. cap. 3. Quod in dubijs de Consecratione Ecclesiæ ibi: Nec negamus quin oleum non consecratum, consecratum possit oleo commisceri. Ubi Glossa: Et dicitur totum consecratum. Nota quod ea quæ Religiosis adherent, religiosa censentur. Item magis dignum trahit ad se minus dignum. Et ita Sacrum tamquam dignius trahit ad se non Sacrum.

Intellige, quando major pars est sacra; alioquin si gutta olei consecrati infunderetur integro vasi olei non consecrati, totum esset consecratum, quod constat esse falsissimum. Quanto minus major pars murorum de novo extructa, sanctificabitur per minorem partem, quæ remanserat, cum hæc ipsa per destructionem majoris partis simul, jam pridem consecrationem suam amiserit?

327. Acquiritur destructio simulanea.

Dico, simul; quia si successivè parietes destructi fuerint, & successivè reparati, ita ut numquam major pars simul destructa fuerit, probabile est talem Ecclesiam non esse reconsecrandam, sed sufficere asperersionem aquæ benedictæ: argumento can. De Fabrica 24. de Consec. dist. 1. qui sic habet: De Fabrica verò cuiuslibet Ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda (id est, reconsecranda) & si in eo loco consecrationis solemnitas debeat iterari, in quo sanctuaria (id est, Reliquiæ Sanctorum, vel Altaria) non fuerint (quia inde erant ablata Reliquiæ) nihil indicamus officere, si per eam minime aqua exorcizata (aliàs, benedicta) iactetur: quia consecrationem cuiuslibet Ecclesiæ, in qua Spiritus Sancti arba (aliàs, Ara) non ponitur, celebritatem sumus tantum esse Missarum: & ideo si qua Sanctorum basilica à fundamentis etiam fuerit innovata, sine Altaris motione, siue aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Missarum solemnitas celebrata, totius consecrationis sanctificatio impletur. Ita Vigilus Papa ad Eutherium Epistolâ 1. cap. 4.

Probatur ex cap. 24. de Consec. dist. 1.

329.

Quid si parietes successivè destruantur ex intentione renovandi Ecclesiæ.

lex 98. ff. de Solut.

lex 3 ff. de
verb. oblig.

Navis (inquit Paulus lib. 72. ad Edictum) si hac mente resoluta est, ut in alium usum tabule destinarentur; licet mutato consilio perficiatur; tamen & perempta prior navis, & hac alia dicenda est: sed si reficienda navis causa omnes tabule re-fixæ sint, nondum intercidisse navis videtur, & compositis rursus eadem esse incipit. Ergo similiter si Ecclesia per partes successivè destruat, animo eam totaliter renovandi, sic renovata non erit eadem Ecclesia, adeoque iterum consecranda.

330.
Responde-
tur.

Respondeo Negando primam Consequen-
tiam. Disparitas patebit ex dicendis conclus.
28. Interim ex hac ipsa lege videtur posse
ostendi, quòd omnino non valeat argumen-
tum à navi ad domum vel Ecclesiam; sic enim
verbis præallegatis continuò subjungitur:
Sicuti de ædibus depositaigna, eà mente ut re-
ponantur, ædium sunt, sed si usque ad aream de-
posita sit, licet eadem materia restituatur, alia erit.
Ubi Glossa verb. Mente: Aliam, inquit, disti-
militudinem assignat in navi ab homine: in quo non
distinguitur quæ mente manumittatur. Ad cuius
dissimilitudinis probationem inducit de domo; & hæc
est: Sicuti de ædibus &c. non tamen est omnino
simile ei quòd dicit de navi, id quòd inducit de do-
mo: unde subjicit: Sed si usque &c.

Ergo similiter si Ecclesia usque ad aream
deposita sit, sive animo restituendi, sive ani-
mo aliis usibus ligna & lapides applicandi,
licet eadem materia restituatur, alia erit;
ideoque reconsecranda: sin verò numquam
simul usque ad aream, id est, major ejus pars
deposita sit, quæcumque intentione partes mi-
nores successivè deponantur, semper manebit
eadem, ut patet ex lege: *Proponebatur*; adeoque
minimè reconsecranda erit, utpote cujus
omnes partes, si non primò, saltem per ad-
junctionem ad rem sacram & ipsæ consecratae
existant.

331.
Quid inten-
tio operetur
in re morali.

Multùm quidem valet intentio in re mo-
rali; sed non sufficit, nisi simul adsit res ipsa
seu effectus externus physicus, ex quo resul-
tet effectus moralis. Nonne qui intendit per-
cutere Clericum, si in re ipsa percutit laicum,
nonne, inquam, quia intendit, ideo incurrit
penam excommunicationis? Constat quòd
non, idque quia effectus ille moralis, cen-
suram intelligo, non resultat, nisi effectus
ipse physicus sequatur. An fortè Ecclesia ideo
erit execrata, quia aliquis voluit eam explo-
sis v. g. tormentis totam simul diruere, si ta-
men verè non diruit? Certè intentio diruen-
tis non execrat, sed ipsa dirutio.

Pari ergo ratione tametsi quispiam cum
intentione totam Ecclesiam renovandi, &
quasi novam ædificandi, unum murum post
aliū, intermissò Missæ officio, quasi con-
tinuatis operis dejiciat, ut reparet, si ta-
men non diruit omnes muros simul, aut ma-
jorem illorum partem, ita ut in aliqua dura-

tione sit verum dicere; nunc tota Ecclesia,
vel major pars illius diruta est, valde pro-
babilis est sententia Navarri in Summa c. 27.
n. 258. quem alii sequuntur, quòd scilicet
tunc illa Ecclesia quasi nova, & ut ita dicam,
physicè diversa, non sit iterum consecranda,
quia moraliter censetur eadem.

Certè, inquit Lugo disp. 20. n. 65. Civi-
tas eadem dicitur esse, licet ex animo eam
pulchriorem reddendi, paulatim & successi-
vè omnes ædes destruantur, & reedificentur:
item idem Collegium manet, si eod-
dem modo paulatim reficiatur, cur non
dicitur moraliter manere eadem Eccle-
sia?

Magis dubitat Eminentissimus ibidem n. 66.
an maneat consecratio Ecclesiæ, si ex
quatuor parietibus duo ferè corruant: tam
duo solùm parietes & aliquid amplius sine
tecto, non videntur venire nomine Eccle-
siæ: ergo sicuti Alba, Calix, & similia sa-
cra instrumenta, de quibus infra agemus,
amittunt suam consecrationem; quando ita
immutantur ex parte formæ artificialis, ut
deinceps non mereantur nomen Alba, vel
Calicis; consimiliter amittet Ecclesia suam
consecrationem, quando ita ex parte formæ
artificialis immutatur, ut imposterùm non
mereatur nomen Ecclesiæ. Quis autem di-
xerit illos duos parietes, & aliquid plus
sine tecto, quis, inquam, vocaverit eos, Ec-
clesiam?

Idcirco existimo tantam murorum par-
tem debere simul permanere, quæ simpliciter
appellari possit Ecclesia; id est, tantam par-
tem, quæ licet ægrè, absolute tamen desere-
vire potest ad usum sacros, quòd moraliter
judicandum erit. Et fortè Navarrus,
aliqui Doctores nihil aliud voluerunt, in-
telligentes per majorem partem murorum,
illam partem, quæ sola meretur nomen Ec-
clesiæ, utpote adhuc conveniens usibus sacris.
Atque hæc satis superque de pollutione & ex-
ecratione Ecclesiæ.

Dubitas porrò, quomodo Ecclesia polluta
reconciliari debeat? Consule jus Cano-
nicum, quòd de Ecclesia: solùm benedicta
sic statuit cap. fin. de Consecratione Ec-
clesiæ ibi: *Si Ecclesia non consecrata cum-
cumque fuerit semine, aut sanguinis effusione pol-
luta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne divina
laudis organa suspendantur.* Ubi Glossa verb.
Lavetur interrogat: *Sed per quem debet lavari?*
Respondet: *Videtur quòd per Episcopum tantum
sup. cap. proximo. In hoc casu satis credo quòd per
simplicem Sacerdotem possit lavari: quia si misse-
xisset Papa, quòd per Episcopum debet lavari, illud
dixisset, sicut dixit in proximo capitulo procedenti,
cum Papa in utroque capitulo scribat eadem: & quòd
dixit: Aqua exorcizata lavetur, qua sit per sim-
plicem Sacerdotem.* Hæc Glossa.

Et sanè

Et sanè si Ecclesia primò possit benedici per simplicem Sacerdotem cum aqua à se benedicta, quidni etiam polluta reconciliari? Quòd autem possit benedici, saltem de licentia Episcopi, patet manifestè ex Rituali Romano Tit. de Benedictionibus §. Ritus benedicendi novam Ecclesiam, ubi sic lego: *Sacerdos novam Ecclesiam de licentia Episcopi benedicendus, ut in ea divinum Sacrificium Missa ritè celebretur &c.*

Ris. Res.

Quin imò expressis verbis idem docet de reconciliatione §. Ritus reconciliandi Ecclesiam, si nondum erat ab Episcopo consecrata: *Ecclesie, inquit, violata reconciliatio per Sacerdotem ab Episcopo delegatum fiat hoc modo. Altare Ecclesie omnino nudetur, provideaturq; ut Ecclesia possit libere circumiri tam exterius, quam interius, si fieri potest, paratur vasculum cum aqua benedicta (Quis ambigit an à simplici Sacerdote, cum alia communiter in Ecclesia non habeatur, nec benedictionis Episcopalis ulla fiat mentio?) & aspergillum de herba hyssopo factum &c.*

Et quamquam ibi videatur requiri delegatio Episcopi, id tamen intelligendum est ex quadam decentia; nam, ut advertit Lugo disp. 20. nu. 61. de jure communi posset fieri absque alia licentia, servatis interim, quæ à Rituali ibi præscribuntur.

Si verò Ecclesia erat consecrata, sicut à solo Episcopo primò potuit consecrari, ita, secluso privilegio, ab ipso solo poterit reconciliari, aqua ab aliquo Episcopo benedicta cum vino & cinere, argumento cap. *Proposuisse* 4. de Consec. Eccles. ibi: *Fraternitati tuae saliter respondemus, quòd manente Ecclesia & Altari (loquitur de Ecclesia Sancti Jacobi Compostellana, quæ indubiè erat consecrata) ipsa reconciliari poterit per aquam cum vino & cinere benedictam.*

334. Modus reconciliandi Ecclesiam consecratam.

Cap. 4. de Consec. Eccles.

Cap. 9. eod.

Et cap. *Aqua* 9. eodem. *Aqua per Episcopum benedicta Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus, per Sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes: non obstante consuetudine provincie Bracharenfis, quæ dicenda est potius corruptela. Rationem atexit Pontifex: Quia licet Episcopus committere valeat, quæ iurisdictionis existant; quæ Ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare.*

335. An Episcopus possit hanc reconciliationem committere simplici Sacerdoti?

Vitoria.

Emanuel Sa.

Non reticeam tamen, inquit Diana parte 2. tract. 1. Miscel. resol. 6. contrariam sententiam extare apud Victoriam in Sum. Sacrat. n. 99. ubi sic ait: De modo quo Ecclesia debet reconciliari postquam fuerit polluta, distinguendum est, quia vel Ecclesia est consecrata, vel dedicata, & sic à solo Episcopo est reconcilianda, nisi ipse vel Papa alteri commiserit; potest autem committi Clerico cuicumque.

Eandem sententiam invenio apud Emanuelem Sa post correctionem Magistri sacri Palatii verb. *Ecclesia* nu. 20. & novissimè apud

Sylvium 3. parte q. 83. art. 3. ubi testatur de praxi dicens: Quibusdam videtur quòd Ecclesia priùs consecrata, sic debeat reconciliari per Episcopum, ut is vices suas nequeat simplici Sacerdoti committere; contrarium tamen tradunt Victoria, & Sa. Credimus esse in praxi, non contradicente, sed potius concedente Pontifice. Hæc ille. Quæ quidem sententia, an sit probabilis, judicent viri docti; videtur enim contra caput *Aqua* ubi suprà, & consuetudo & praxis, quam adfert Sylvius, est in contrarium. Hucusque Diana.

Sylvius.

Diana.

Sed quantum ad Sylvium, in tertia editione loco citato sic inquit: Ex cap. *Aqua* Tit. de Consec. Eccles. quod est Gregorii IX. apparet quòd Ecclesia priùs consecrata sic debeat reconciliari per Episcopum, ut is vices suas nequeat simplici Sacerdoti committere. Et quamvis contrarium (quod tradunt Victoria, & Emanuel Sa) sit in praxi, satis tamen videtur certum; quòd illa praxis non sit ex voluntate summi Pontificis, vel introducta, vel recepta. Sic enim loquitur Gregorius dicto cap. *Aqua: Aqua per Episcopum &c.* & in Romano Rituali iussu Pauli V. edito sic legitur: *Simplex Sacerdos tantum ex privilegio Sedis Apostolica potest Ecclesiam ab Episcopo consecratam reconciliare.*

336. Sententia Sylvii.

Navarrus.

Atque his consentit Navarrus lib. 3. consil. Tit. de Consec. Eccles. consil. 1. & in Enchiridio cap. 27. n. 256. Et hanc sententiam, quòd quando Ecclesia, quæ per Episcopum fuit consecrata, est violata, non possit per simplicem Presbyterum reconciliari, nequidem de Episcopi licentia, sicut secuti fuimus in secunda hujus operis editione, ita etiam nunc in tertia sequimur. Hucusque Sylvius.

337.

Ex privilegio Pontificis potest Sacerdos simplex Ecclesiam reconciliare.

quale legitur concessum Prelatis Ordinis Minorum à Leone X.

Ceterum nemini dubium esse potest, quin id liceat simplici Sacerdoti ex privilegio Pontificio, quale datum fuit à Leone X. Prælati Ordinis Minorum, & per consequens aliorum Ordinum, qui participant in privilegiis, Bulla: *Religionis honestas*, sexta apud Rodriguez ibi: *Nos igitur &c. vobis & pro tempore existentibus Generalibus & Provincialibus, ac Guardianis, & Fratribus vestri Ordinis, & Observantia, ut Ecclesias, Oratoria, & loca quacumque recepta & recipienda, nondum consecratas, seu consecratas, facta prius requisitione ab Episcopo locorum, eisq; recusantibus, vel negligentibus per quemlibet alium Catholicum Episcopum gratiam & communionem dictæ Sedis habentem, consecrari facere, ac vestri Ordinis Generalibus, & Provincialibus Vicariis, & Custodibus ac Guardianis pro tempore existentibus præfatis, ut omnia & singula ejusdem Ordinis & Observantia Ecclesias, Cammeria, ac Capilla & Oratoria ubicumque existentia, receptas & receptas, & recipiendas seu recipienda ac paramenta & ornamenta, ac alia quacumque ad divinum cultum, & usum vestrum necessaria, in quibus Christina non intervenit, pro vestro usu tantum so-*



leni benedictione, ac etiam per Vicarium seu Guar-
dianos, aut alios ad hoc à vobis vestris Capitulis
Generalibus providè deputandis benedicere, ac illos
seu illa; & eorum quolibet sanguinis seu seminis
effusione seu aliàs quomodolibet pollutas seu polluta,
quoties opus fuerit, aqua per vos, præsertim in locis
remotis, ubi Episcopum aquam benedicentem per duas
dietas (id est, quatuordecim leucas) adire non
poteritis, benedicta, reconciliari liberè & licitè va-
leatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium con-
cedimus & indulgemus.

Ubi cum fiat mentio aquæ benedictæ ab
Episcopo, liquet profectò quòd illa potestas
data est ad reconciliandas Ecclesias consecra-
tas. Quæ autem Ecclesiarum, eadem est ratio
cœmiteriorum; pro quo

338.
Polluta Ec-
clesiâ, pol-
luitur cœ-
miterium,
non è con-
verso.

Nota, polluta Ecclesiâ, pollui simul cœ-
miterium illi connexum; quippe cœmiterium
est accessorium Ecclesiæ: Accessorium autem
juxta Regulam juris 42. de Regulis juris in 6.
naturam sequi congruit principalis, non è con-
verso.

Probatur ex
cap. unc. de
Consecr.
Eccles. in 6.

Quid clariùs quàm quod habetur cap. unico
de Consec. Eccles. in 6. Si Ecclesiam pollui san-
guinis, aut seminis effusione contingat, ipsius cœ-
miterium si contiguum sit eidem, censetur esse pollu-
tum: unde antequam reconciliatum fuerit, non
debet in eo aliquis sepeliri: secùs si remotum fuerit
ab eadem.

Sequitur secunda pars: Non sic quoque in casa
converso sentimus, ut videlicet polluto cœmiterio,
quamvis Ecclesia contigua, debeat Ecclesia reputari
polluta. Attegitur ratio: Ne minus dignum, ma-
ius, aut accessorium principate ad se trahere videatur.
Hæc Bonifacius VIII.

Qui ibidem ait: Non unum, sed plura cœmi-
teria esse noscuntur, quæ quamvis sibi coherentia, pa-
riete tamen medio seunguntur, de quibus ita
statuit: Violato eorum altero, alterum (licet de
uno ad aliud per portam intermediam habeatur ac-
cessus) non propter hoc reputabitur violatum. Neu-
trum enim est alterius accessorium. Et ideo
si utrumque est pollutum, utrumque indiget
distinctâ reconciliatione: at verò per reconci-
liationem Ecclesiæ, consequenter censetur re-
conciliatum cœmiterium illi connexum.

339.
An violata
Ecclesiâ,
reconciliat-
ur per con-
secratio-
nem bonâ
fide in ea
factam?
Castro.
Emanuel Sa.

Formam reconciliandi Ecclesiam & cœmi-
terium vide in Pontificali & Rituali Romano.
Quæro autem, an Ecclesia violata sufficienter
reconcilietur per præsentiam Corporis Christi,
si bonâ fide contingat in ea celebrari? Affir-
mant Castro lib. 2. de lege pœnali cap. ulti-
mo. Emanuel Sa post expurgationem Magistri
Sacri Palatii verb. Ecclesia n. 19. & alii.

Sententia
negativa
verior.

Sed contrarium verius est; quando enim
Ecclesia certam formam præseribit pro re ali-
qua faciendâ, non est licitum talem formam
omittere, etiamsi loco talis formæ aliud fiat
plùs meritum, quàm sit ipsa forma: cum
ergo Ecclesia pro Ecclesiæ reconciliatione cer-
tam formam reconciliandi assignet, etiamsi

Missâ quid majus sit, quàm illæ ceremoniæ
reconciliationis, non videtur tolli illa Eccle-
siæ pollutio; quia omittitur forma ab Eccle-
siâ assignata. Ita Portel verb. Ecclesia n. 5. & alii
magis communiter.

Ex quo patet responso ad rationem prioris
sententiæ, quam assignat Castro supra dicens:
Nam cum per Missæ celebrationem Deus ipse
corporaliter in Ecclesia assistat, talis corpora-
lis assistentia sufficere mihi videtur ad omnem
purgationem & reconciliationem faciendam.
Patet, inquam, responso, videlicet non vi-
detur sufficere talis corporalis assistentia; quia
Ecclesia, ex cujus voluntate inducitur & tol-
litur violatio, ad illam tollendam minime
ordinavit celebrationem Missæ; sed aliam
determinatam ceremoniam.

Præterea indè sequeretur: Primò, recon-
ciliari Ecclesiam per celebrationem etiam ma-
læ fidei; cum eadem sit corporalis assistentia
Christi. Secundò, per celebrationem in ne-
cessitate ex dispensatione Episcopi. Tertio,
quando Sacerdos inchoato jam Canone, postea
polluta Ecclesiâ, prosequitur usque in finem.
Quartò, eodem modo si Ecclesia nondum
fuisse consecrata aut benedicta, dici possit,
semel celebrata Missâ non indigere aliâ con-
secratione aut benedictione; quia sicut cor-
poralis illa assistentia Dei, seu dignitas Sacri-
ficii, ut alii loquuntur, æquivalet reconcilia-
tioni, sic pariter æquivalet & præponderat
consecrationi aut benedictioni: præsertim
cum probabile sit, calicem v. g. remanere
consecratum, si in illo non sacro fortuitò quis
sacrificet.

Sed quid ad hæc Adversarii? Emanuel Sa
suprà concedit primam Sequelam dicens: Ita-
que si pauci sciunt, nec rem divulgant, non
est opus reconciliatione; nec etiam si quis bo-
nâ fide in ea celebraverit, id enim sufficit pro
reconciliatione: immo etiamsi malâ fide ce-
brasset, et si quidam negent, dicentes posse
Episcopum (vel ejus absentis Vicarium, si est
impeditus) dare licentiam celebrandi, donec
ipse reconciliet. At ego, ut dixi, satis ma-
gnam puto cum aliis esse reconciliationem,
seu benedictionem, ipsam consecrationem. Ita
ille.

Qui etiam facilè concederet secundam Se-
quelam, nisi tamen Episcopus limitaret pro
illa sola vice; tunc enim non ex vi violationis,
sed ex vi talis prohibitionis non poterit extra
illam necessitatem ibidem celebrari. Ac pro-
inde qui celebraret, non incurreret pœnas,
fortè in illa Diocesi latis contra celebrantes in
Ecclesia violata, sed contra celebrantes in loco
interdicto ab Episcopo.

Ad tertiam respondet Tamburinus lib. 1.
de Sacrificio Missæ cap. 1. §. 4. n. 7. per illam
Missam inchoatam ante pollutionem, sed po-
stea continuatam, non reconciliari Ecclesiam;
quia

Missa inchoata ante violationem, & post absolutam, non reconciliat Ecclesiam,

quia fictione juris illa Missa tota censetur fuisse absoluta ante violationem: ergo per illam violatio Ecclesiae non tollitur. Neque enim in rebus positivis est spectanda prioritas vel posterioritas physica; sed sufficit plerumque moralis seu canonica; ita sacris Canonibus disponentibus.

Certe (inquit ille) sic dies vespertina hesternam moraliter reputatur à jure hodierna, in ordine ad recitandum Matutinum hujus diei, non verò in ordine ad laborandum die Festivo. Sic etiam Missa ante mediam noctem Natalis Domini, quae coram summo Pontifice celebrari solet, judicatur ex quadam fictione; seu dispositione Pontificis, facto ipso sic volentis, esse post mediam noctem, seu pertinere ad diem sequentem; nam propterea qui illi interfuerit, satisfaciat praecepto audiendi Missam in die Natalis. Simili igitur modo Missa inchoata ante violationem, & absoluta post, disponitur à jure ac si esset absoluta antea, & ideo eandem violationem tollere nequaquam potest. Haec tenet Tamburinus.

Quod intelligendum puto, si violatio contingat post inceptum Canonem; alioquin secundum Rubricas Tit. de Defect. cap. 10. n. 2. Si Sacerdos celebrante violatur Ecclesia ante Canonem, dimittatur Missa. Interim si non dimittitur, sed absolvitur, secundum sententiam Emanuelis supra, Ecclesia sufficienter erit reconciliata, quia tunc tota Missa, vel saltem fictione juris, non censetur absoluta ante violationem, quia jus prohibet absolutionem.

Venio ad quartam Sequelam, quae ab omnibus debet negari: alioquin omnia Oratoria, etiam in Castris militum, essent consecrata vel deputata ad Sacrificium, postquam in eis ex quacumque causa celebratum fuerit, quod, ut clarum inconueniens, à nemine admittitur. Et ratio disparitatis est; quia plùs requiritur ad inducendam consecrationem seu benedictionem in materiam profanam, quam ad purgandam sive reconciliandam materiam jam semel consecratam seu benedictam; ut manifestè constat ex Rubricis sive ritibus observandis in prima consecratione & reconcilia-tione.

Neque est par ratio calicis & Ecclesiae, quoniam calix, dum in illo sacrificatur, immediate contingitur à Sanctissimo Christi Corpore & Sanguine, unde omnis benedictio promanât; per quem proinde contactum æquivalenter, ut aliqui loquuntur, imò eminenter deputatur ad Sacrificium: Porro Ecclesia, etsi in ea celebretur, nequaquam contingitur à Sacratissimo Corpore & Sanguine Christi, licet corporaliter ibi sit praesens, sicut in aliis multis locis, quae tamen ideo non censentur benedicta seu consecrata ad divinum cultum, ut patet etiam in Oratoriis ab Episcopo deputatis ad hoc, ut in eis publicè celebretur, quae

tamen propterea à nemine vocantur Ecclesiae benedictae seu consecratae.

Ex quo aliqui inferunt hujusmodi Oratoria non violari aut pollui; quia jura citata tantum loquuntur de Ecclesiis: Ecclesiae autem nomine (inquit Suarez disput. 81. sect. 4. §. Quis violatur) solum significatur templum consecratum aut benedictum.

Sed haec doctrina multis displicet, & inter ceteros Suario tom. 1. de Religione tract. 2. lib. 3. c. 9. ubi n. 2. docet Ecclesiam non consecratam nec benedictam, si obsequiis divinis dedicata sit, & in ea divina mysteria celebrentur, frui privilegio immunitatis Ecclesiasticae; & n. 3. ait: Talis Ecclesia, si fuerit sanguinis vel seminis effusione polluta, purificanda est; ut constat ex capite ultimo de Consec. Eccles.

Immo nu. 4. ulterius hoc ampliat, ut procedat; etiam in hujusmodi Ecclesia divina Officia nondum ceperint celebrari; quia Ecclesia non incipit esse Ecclesia propter Sacrificium in ea celebratum, sed propter deputatio-nem factam ab Episcopo ad celebrandum; quae deputatio aequiparatur benedictioni, & ideo potest in ea celebrari, quia est deputata ab Episcopo, & quia est vera Ecclesia, non è converso.

Et verò quoddam hujusmodi Oratoria gaudeant privilegio immunitatis; solet probari ex cap. Ecclesia 9. de Immunitate Eccles. Ecclesia (inquit Pontifex Gregorius IX.) in quibus divina mysteria celebrantur, licet adhuc non extiterit consecrata, nullo tamen privilegio immunitatis admittitur.

Ubi quamvis expressè solum loquatur de Ecclesia non consecrata; equidem decisionem extendendam esse ad Ecclesiam non benedictam, si habeat alias condiciones in illo textu requisitas, est communior sententia, & colligitur ex ratione textus, scilicet, Quia obsequiis divinis dedicata nullius est temerariis ausibus profananda. Sed potest esse Ecclesia sufficienter dedicata divinis Officiis, etiam si benedicta non sit; y. g. si Ecclesia sit auctoritate Episcopi primum lapidem ponentis dedicata: quia talis Ecclesia hoc ipso manet perpetuò dicata divino obsequio; nec potest ad profanos usus converti, inquit Suarez supra.

Confirmatur ex cap. Ad haec 4. de Relig. domibus ibi: Inquisitioni eorum taliter respondemus, quod si locus ad hospitalitatis usum & pauperum provisionem fuerit (sicut moris est) auctoritate Pontificis destinatus, cum sit Religiosus; non debet mundanis usibus deputari. Ergo & Ecclesia sic dedicata est locus Religiosus; qui profanari non debet: ergo gaudet dicto privilegio.

Sed numquid inde rectè inferitur: ergo Ecclesia sic dedicata, polluitur sanguinis, aut seminis effusione &c. Non licet (inquit Dicastillo disp. 4. nu. 102.) argumentari ab uno ad alterum longè diversum & separabile ab alio;

344. Quidam putant Oratoria non violari aut pollui: Suarez.

quae doctrina multis displicet.

alios tamen manolios in sacris ecclesiis non extiterit consecrata.

345. Et quod talia Oratoria gaudeant privilegio immunitatis: Gregorius IX.

Potest Ecclesia esse divinis Officiis dedicata, etiam si non sit benedicta.

Cap. 4. de Relig. domibus.

346. An ideo polluitur sanguinis aut seminis effusione Dicastillo.

aug. m. b. d. ...
Diana. ...

Glossa b. sup. ...

Per consecrationem ...
sic Ecclesia ...
plene dedicata ...
divinis officii.

347. ...
ante quorum ...
celebrationem ...
videtur posse ...
pollui.

Responsio ...
Dicastillo ...
nis.

348. ...
Respicitur.

alio; immo separatim, ut videre est in Religiosis domibus, dormitoriis, sacristiis, & similibus, ubi immunitas est, & tamen in iis locis juxta communem & receptam sententiam non committitur sacrilegium per sanguinis aut seminis iniquam effusionem, ut cum multis docet Diana tum 1. part. tract. 7. resol. 20. tum 3. parte tract. 4. resol. 166.

Quapropter Glossa ad cap. Ecclesia penultimum de Immunitate Eccles. verb. Celebrantur, inquit: Ex hoc videtur quod si adhuc ibi non sunt divina officia celebrata, nondum gaudeat privilegio illarum (Ecclesiarum) in quibus celebrantur divina. Non quod Ecclesia fiat Ecclesia per actualem celebrationem; sed quia, ut ibi subiungit Glossa, nondum plene dedicata videtur divinus obsequis. Ex quo infert: Unde sacrilegium non diceretur ibi committi, nec debet aspergi propter hoc: quia nullum divinum officium sunt ibi celebratum.

Et sane si ita textus intelligatur, jam clarius apparet, quod loquatur de Ecclesia etiam non benedicta; quia si esset benedicta, planum est, quod gauderet immunitate, etiam antequam divina officia in ea celebrarentur.

Interim dubito, quæ fuerit mens istius Glossæ, nam verbis præcitatæ continuò subiungit: Aspergi tamen debet si aliquid turpe ibi factum est, antequam ibi celebretur. Ubi videtur innuere locum illum pollui seminis effusione, etiam antequam divina officia fuerint in eo celebrata; si seminis effusione, cur non similiter effusione sanguinis, & homicidio? Non video disparitatem. Unde cap. final. de Consecrat. Eccles. generaliter dicitur: Si Ecclesia non consecrata cuiuscumque fuerit semine aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur.

Respondet Dicastillo supra n. 103. Ea verba possunt intelligi de Ecclesia non quidem consecrata, sed benedicta aut simul ab Episcopo deputata, & in qua jam celebrentur divina officia.

Sed contra; verba intelligenda sunt sicuti sonant, nisi aliquid obstat: atqui verba illa sunt generalia in quibus nulla fit mentio benedictionis, vel actualis celebrationis divinarum officiorum; & aliunde nihil obstat quod minus generaliter intelligantur: ergo sic sunt intelligenda.

Probo Minorem pro secunda parte: quia si aliquid obstat, essent illa verba capitis penultimi de Immunitate Eccles. Ecclesia in qua divina mysteria celebrantur. Sed hoc non; quia per illa verba non statuitur vel postulatur illa conditio, sed solum ab illa nominatur, quia ita frequentius accidit; interim tamen sub illa voce comprehendi Ecclesiam proximè aptam & sufficientem, ut in ea divina mysteria celebrentur, satis declaravit Pontifex his verbis sequenti-

bus: Quia obsequis divinis dedicata, nullus est temerarius ausibus profananda.

Quæ utique ratio, ut supra dixi, obtinet in Ecclesiis, in quibus hæctenus nullum officium divinum fuit celebratum. Neque est novum, ut nomen significans actum, usurpetur ad significandam aptitudinem, juxta Regulam Logicæ, quod verba in definitione non dicunt actum, sed aptitudinem.

Huic sententiæ adtipulatur Glossa ad cap. fin. de Consec. Eccles. verb. Non consecrata, dicens: Ecclesia non consecrata gaudet eodem privilegio, quo & consecrata. Et ita si aliquis illic confugerit, debet ab Ecclesia defendi. Sed cur hoc? An forte quia in ea celebrata fuerint divina officia? Et hoc ideo, subiungit Glossa, quia non ille auctoritate Episcopi dedicatus est divino cultui: & quod semel Deo d. dicantur est, ad profanos usus revocare non debet.

Cæterum multa loca gaudere immunitate Ecclesiastica, quæ non polluantur, quia non sunt Ecclesiæ, haud inficior: sed dico illa loca, de quibus hic tractamus, non alio nomine quam Ecclesiæ, gaudere illâ immunitate (quid enim aliud est Ecclesia, quàm locus aliquis publicus, specialiter deputatus ad Sacrificium Missæ, & alia divina officia inibi celebranda?) & per consequens verè pollui illis actibus, quibus polluitur Ecclesia consecrata vel benedicta.

Nec dixeris; pollutio est odiosa, ergo restringenda: nam licet odiosa sit respectu peccantis, tamen est favorabilis & expediens ipsi loco sacro, ut scilicet sic homines magis deterrantur ab istis actibus faciendis. Unde potius censenda est favorabilis, quàm odiosa; argumento Can. 29. Si quis suadente diabolo 17. q. 4. qui tamquam favor Clericorum extenditur, etiam sit pœnalis latæ sententiæ.

Deinde odia non sunt restringenda ultra proprietatem verborum, nisi ad evitandum absurdum; Ecclesia autem secundum proprietatem verbi comprehendit hujusmodi Oratoria, ut patet ex dictis. Neque ad evitandum absurdum (quod enim illud esset?) restrictio ad Ecclesiam consecratam vel benedictam ostenditur necessaria.

Propter hæc magis nobis probatur sententiâ affirmans hujusmodi Oratoria pollui; quamquam opposita non sit omnino improbabilis: Immo si Laymano (inquit Dicastillo supra) ut par est, credimus, cum hæc sententiâ nunc in praxi observetur (ut ipse testatur lib. 5. tract. 5. cap. 5. n. 2.) videtur tuta in praxi, & consuetudine saltem introducta sic esse interpretandos textus citatos.

Finio Conclusionem, & dico, etsi communiter sit grave peccatum celebrare in Ecclesia violata; equidem interdum licet ex concessione seu dispensatione Episcopi ob aliquam necessitatem, ut communiter censentur Doctores.

349. ...
350. ...
351. ...
352. ...
353. ...
354. ...
355. ...
356. ...
357. ...
358. ...
359. ...
360. ...

Multa loca ...
polluantur ...
Ecclesiastica ...
quæ non ...
sunt ...
Ecclesiæ ...
haud inficior ...
sed dico ...
illa loca ...
de quibus ...
hic tractamus ...
non alio ...
nomine ...
quam Ecclesiæ ...
gaudere ...
illâ immunitate ...
(quid enim ...
aliud est ...
Ecclesia, ...
quàm locus ...
aliquis ...
publicus, ...
specialiter ...
deputatus ...
ad Sacrificium ...
Missæ, & ...
alia divina ...
officia inibi ...
celebranda?) ...
& per ...
consequens ...
verè pollui ...
illis actibus, ...
quibus ...
polluitur ...
Ecclesia ...
consecrata ...
vel benedicta.

350. ...
351. ...
352. ...
353. ...
354. ...
355. ...
356. ...
357. ...
358. ...
359. ...
360. ...

350. ...
351. ...
352. ...
353. ...
354. ...
355. ...
356. ...
357. ...
358. ...
359. ...
360. ...

350. ...
351. ...
352. ...
353. ...
354. ...
355. ...
356. ...
357. ...
358. ...
359. ...
360. ...

350. ...
351. ...
352. ...
353. ...
354. ...
355. ...
356. ...
357. ...
358. ...
359. ...
360. ...

Seet. 5. De solemn. Missa Sacrificii cerem. Concl. 19. 537

Doctores cum Divo Thoma 3. p. q. 83. art. 3. ad 2. ubi sic ait: Propter necessitatem potest hoc Sacramentum peragi in domibus non consecratis, vel violatis, sed tamen de consensu Episcopi, saltem rationabiliter presumpso; quia tanta potest esse necessitas, ut si non sit recursus ad Ordinarium, possit absque ejus expressa licentia celebrari; v. g. si in die Festo populus non habeat aliam Ecclesiam, in qua possit Missam audire.

35 2. Notat autem Logo disp. 20. n. 63. facilius esse quod celebretur in loco non sacro, quam in loco violato: quia violatio affert non meram negationem, sed privationem, & quasi pœnam, ratione cujus illa negatio est magis radicata, sicut carentia gratiæ & sanctitatis in peccatore est turpior, quam esset in homine existente in pura natura. Quod à posteriori clarè patet; quia in Ecclesia non consecrata potest celebrari ex deputatione Episcopi; & adhuc si violetur, potest cum reconciliatione Sacerdotis: si autem fuit consecrata & violetur, non potest absque reconciliatione facta per ipsum Episcopum; quia nimirum ratione majoris sanctitatis precedentis, majus & fortius impedimentum contrahitur, ad quod auferendum, major virtus est necessaria. Hactenus Eminentiissimus.

Sed contrà facit, quod facilius auferatur violatio templi consecrati, quam negatio consecrationis, ut patet ex ritibus observandis in consecratione Ecclesiæ & reconciliatione.

Deinde, quod Episcopus possit de jure communi deputare Oratorium (saltem publicum) non consecratum ad celebrandum, & hoc absque necessitate. Nam, ut superius ostendimus, illa deputatio æquivaleret benedictioni, & per illam locus, qui antea erat profanus, fit sacer: sicuti autem sine necessitate potest locus aliquem profanum Ecclesiam consecrare, quidni similiter Ecclesiam deputare? Non ergo prohibetur consecratio in loco taliter deputato, ut bene in loco violato; & sicuti prohibetur in Oratoriis privatis, id est, privata auctoritate erectis, quæ non censentur loca sacra, ideoque licentiam in illis celebrandi non potest Episcopus dare sine justa causa, prout explico sequenti Conclusionem, quæ talis est:

CONCLUSIO XIX.

Ex parte loci propriè dicti requiritur appositio convenientis dispositionis, scilicet quod sit sanctificatus.

35 3. Ta Scotus 4. dist. 13. q. 2. n. 13. & probant communiter Doctores per illud de Consecratione dist. 1. c. 1. Missarum celebrationes non

alibi, quam in sacris Domino locis, absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus, quibus sunt nota veteris & novi Testamenti præcepta.

Item per istud Felicis Episcopi Epistolâ primâ ad omnes orthodoxos, & refertur eadem distinctione cap. 11. Sicut non alii quam sacris Domino Sacerdotes debent Missas cantare, nec Sacrificia super altare offerre: sic nec in aliis, quam Domino sacris locis, id est, in tabernaculis divinis precibus à Pontificibus delibuit, Missas cantare, aut Sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. Sarius ergo est Missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet: nisi pro summa contingat necessitate: quoniam necessitas legem non habet. Quæ sit autem hæc necessitas, inferius edissero.

Eandem legem statuit Concilium Tridentinum, ut refertur eadem distinctione cap. 12. Missarum; inquit, solemnitas non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, celebranda esse censemus.

Præterea Sylvester Papa in generali residens Synodo dixit: Nullus Presbyter Missas celebrare præsumat, nisi in sacris ab Episcopo locis, qui sui particeps de cetero voluerit esse Sacerdotis. Ita refert Gratianus supra cap. 15.

Hæc, & plura alia decreta, quæ in illa distinctione prima de Consecrat. referuntur, novissimè renovavit Concilium Tridentinum sess. 22. in decreto de observandis & evitandis in celebratione Missæ dicens: Neve patiantur (Episcopi) privatis in domibus atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab eisdem Ordinariis designanda & visitanda, sanctum hoc Sacrificium à secularibus aut Regularibus quibuscumque peragi.

Quin etiam videtur abstulisse potestatem Episcopis, quæ antea poterant dare licentiam celebrandi in quocumque loco decenti, ut patet ex can. Missarum ibi: Vel ubi ipse permiserit, & can. Hic ergo 14. eadem dist. sequentis tenoris: Hic ergo, id est, in presenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei, ubi & agendi & sacrificandi est locus; quoniam in aliis locis sacrificare & Missas celebrare non licet, nisi in his in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, consecrata fuerint. Alio enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda. Ita Clemens Epistolâ 3. Hanc, inquam, potestatem Episcoporum permittendi, vel præcipiendi celebrationem Missæ in quocumque loco decenti Tridentinum supra videtur abstulisse, aut certè limitasse.

Quod ultimum addo; quia non videtur eis ablata potestas dandi licentiam ut semel aut sæpius (secundum exigentiam causæ) in loco honesto (quamvis profanis ulibus destinato) super altari sacro & ornato, Missa celebretur; v. g. in cubiculo nobilis personæ, ex morbo diuturno decumbentis, prout declaravit Sacra Congregatio apud Barbolam p. 2.

debet esse sanctificatus. Scotus.

Probatorem cap. 1. & 11. de Consec. dist. 1.

Item ex cap. 12. ead.

& cap. 15.

aliquæ de. ceteris à Tridentino renovatis;

35 4. quod abstulisse videtur potestatem Episcopis dandi licentiam ut alibi celebraretur.

Clemens Papa.

aut certè eam limitasse.

Barbosa. de

Y y